UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Pholcate ep[iscop]o. Cap[itulum]. lxxxij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

¶ De ſctō Julio aphricano. Cap. lxxvij.

IUlius aphricanus: inter hiſtoriographos precipu⁹: vt ſcribit euſebius. Alexādri et maximini ac gordiani imperatorum fulſit tēporibus: q̄ ſanctitate et ſapiētia īſignis fuit ſcripſit enim ad ariſtidez de euangeliorum: que videtur diſſonantia: et de genealogiis q̄ a mattheo et luca diuerſe referunt cōpoſuit librū. In quo ceterorū opiniones a veritate diſcordes coarguit: et veriſſimā vtriuſq3 coſonantiā eſſe demonſtrat. Chronicorū de temporibus edidit libros: in quinq3 volumīnib⁹ diligenter admodū et ſtudioſe cōpoſitis. Ad origenē ſcripſit epiſtola de eo quod in daniele legitur de ſuſanna q̄ſi in hebreis nō hēatur codicibus: ad quā origenes elegātiſſime reſpondēs ait: nequaq̄ iudeorū adherēdum fraudibus: ſed ſolū q̄ ſeptuaginta iterpretes ſcribunt p̄ veritate tenēdū. Hic ſub antonino auguſto dormiuit in dn̄o. Hec hieronym⁹ de viris illuſtribus.

¶ De ſctō Archiloco epō. Cap. lxxviij.

ARchilocus ſiue archelaus meſopotāie epiſcopus tēpore probi iperatoris floruit. Qui vita fuit clarus ⁊ doctrina conſpicuus. Librum enī diſputatorium aduerſus manicheū ſcripſit: in quo diſputationē ad ſenſuz cuz quodaz ex hereſi illa ſecū habita ſyro ſermone explicauit. Qui in grecuz tranſlatus a multis habetur. Hic quoq3 in eccl'ia ſua conditus in pace requieſcit. hec vbi ſupra.

¶ De ſancto Agrippa cōfeſſore. Cap. lxxix.

AGrippa cognomento caſtorius confeſſor ſanctus floruit alexandrie tempore adriani imperatoris. Qui vir doctus et ſapiētia inſignis aduerſus. ccccxxiiij. baſilidis heretici volumina q̄ in euangelijs confecerat ⁊ fidei noſtre veritati repugnabāt: fortiſſime ⁊ elegāti ſermone diſſeruit grandi libro catholicam credulitatem defendens. Hic apud alexandriaz non minoris vite ſanctitate q̄ doctrine veritate radians diem clauſit extremuz temporibus adriani imperatoris. hec hieronymus libro de illuſtribus.

¶ De ſancto Attico epō. Cap. lxxx.

ATticus conſtantinopolitanus ep̄s tempore archadij imperatoris apud ip̄am vrbem regiam clarus verbis et operibus fulſit. Qui ad eiuſdē principis filias de fide et virginitate egregiū ſcripſit volumen. In quo neſtoriana dogmata repugnauit. Et apud eandē ciuitatem in chriſto quieſcit. hec gennadius.

¶ De ſancto Bacchilo epō. Cap. lxxxi.

BAcchil⁹ corinthiorū ep̄s de quo euſebius eccleſiaſtice hiſtorie libro. v. cap. xxij. mentionē facit apud ipſaz corinthiorū ciuitatez claruit tempore ſeueri iperatoris. Qui vir ſanctiſſim⁹ et ſapiētia p̄fulgens inſigniter inter cetera doctrine ſue opera: librorū elegantem de paſcha ex perſonis omniū epōrum: qui in achaia erant cōpoſuit et apud ipm̄ oppidū tumulatus in domino quieuit. Hec hieronymus.

¶ De ſancto Pholcate epō. Cap. lxxxij.

PHolcas epiſcop⁹ et martyr apō egyptum paſſus eſt ſub p̄ſecutione mxiamiani iperatoris. Fuit egypti⁹ natione de ciuitate tampnis: vir genere nobilis et opū non modicarū: eiuſdem ciuitatis ep̄atum hūiliter ſucceſſit. Qui ſapiētia illuſtris volumen elegantiſſimū de martyrū laude cōpoſuit: de ſemetipſo in eorum nūero futuro diuinitus vaticinās. Nam euz ebuliente maximiani perſecutione ab infidelibus tentus idolis immolare renuiſſet: pro chriſti confeſſione capite truncat⁹ et apud eandē vrbem a chriſtianis conditus eſt.

¶ De ſaucto Fetitio epō. Cap. lxxxiij.

FEtitius eduenſis epiſcopus apō ipſaz floruit ciuitatē Hic vita puriſſima ⁊ doctrina fulgida fame in gallia celebris in canticis cātiorū cōmētarios edidit inſignes: aduerſus quoq3 nouatianū grande cōpilauit volumen: coſtantiniq3 magni tēporibus in ipſa ciuitate fatis terminum ponens tumulatus iacet. Hec vbi ſupra.

p

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN